

PARS PRIMA

P R A E M I T T E N D A

Quia illa vel connexio vel consequentia vel implicatio, secundum quam dogmata dicimus veritualiter in fontibus revelationis esse contenta, non perfecte ab omnibus semper perspecta est, bipartito dividitur opusculum. Cuius altera in parte exponetur quemadmodum quinque dogmata trinitaria ex fontibus revelationis sint derivata. Hac autem in parte praeiviam et negativam consideramus quaestionem, inde a § Petavio^l motam, cur scilicet antiquissimi scriptores christiani adeo decreta nicaena aliaque subsequenta non praeviderint ut opposita interdum sensisse videantur.

Quod factum olim gravius esse ducebatur. Grassante enim nescio quo extrinsecismo conceptualistico, qui ita subiectum praeteribat et ad obiecta attendebat, ut dogmatum evolutio nedum agnosci vix concipi posset, necessarius fere e duobus erroribus alteruter fuit: ut scilicet cum liberalibus ~~et modernis~~ dogmata dicerentur evangelii corruptiones recentius inventae aut, ex contraria parte, in scriptis christianis et antenicaenis non pauca loca, nisi nimia quadam benignitate exponerentur, tamquam haeretica condemnarentur. Sed inter extremas has opiniones iam pridem mediam ~~ind~~ incedit viam agnita evolutio dogmatica quae definitiones ecclesiae ita in fontes revelationis reducit ut minime tamen neget circa fidei doctrinam augeri atque temporum decursu crescere intelligentiam, scientiam, sapientiam (DB 1800, DS 3020).

Qua de evolutione dupliciter procedi potest nam, uti superius diximus, alius est finis, aliud obiectum, alia methodus prout vel dogmatice vel positive ~~pra~~ fit investigatio. Positivus enim non directe considerat nisi singulos auctores, non alias ponit quaestiones nisi quae immediate ex ipsis eorum scriptis quasi sponte exsurgunt, non aliam vult intelligentiam nisi quae in ipsis datis effulgat, neque aliter ad certam^s procedit solutionem^s quam per ipsa data vel plenius inventa vel profundius scrutata. Dogmaticus autem quasi ex parte contraria rem considerat. Non enim miraretur quod alius auctor antenicaenus errasset aliusve minus bene esset locutus; sed ideo^{ad} admirationem cogitur quod circa summum quemdam fidei articulum per tria fere saecula ignorari videntur quae postea clarissime agnoscuntur. Neque tollitur haec admiratio quamdiu singuli auctores in sua singularitate considerantur: communis enim et quasi generalis effectus non intelligitur nisi per communem ~~et~~ ^{sola} seu generalem causam. Recedendum ergo est ab illa^{quaerenda} intelligibilitate quae particularibus quasi inhaereat, eoque ascendi oportet ubi perspiciuntur principia legesque universales quae particularibus applicari et in eis verificari possunt.

~~Dogmaticum ergo intendentes finem distinguimus tria: id quod traditur et recipitur; multiplex recipiendi modus; huius multiplicitatis reductio ad unum quae tandem efficitur per illud ipsum quod traditur et recipitur.~~

~~Traditur enim et recipitur verbum, divinitus revelatum, per eorumque apostolos ~~sanctos~~ successores praedicatum, corde denique per fidem acceptum. Quod sane verbum multos exhibet aspectus, cum ita verum doceat ut simul sensibilitatem penetret, affectum commoveat, oculos aperiat, cor tangat, voluntatem alliciat et quasi compellat.~~

~~Quod verbum multipliciter receptum est. In singulis enim hominibus regit ~~quandam~~ quodammodo latens illa mentalitas quae~~

Subiectivus x deinde aspectus obiectivo correspondet. Non enim unus quidem ^a ~~xpax~~ semperque idem est quasi cursus conscientiae humanae, sed aliter in somniantibus et aliter inx vigilantibus alii actus ad alios colliguntur; neque sola haec maxime manifesta differentia agnoscenda est, cum multa et diversa distingui possint ^{atque perfectiora} quasi schemata, eoque plura quo magis artibus, disciplinis, exercitiis excolatur homo

At cum parum doctus esse videatur qui nomina facillime proferat quin rem clare cognoscat exacteque intelligat, minime sufficit evolutionem dogmaticam nominare et ipsum tamen processum ignorare qualis fuerit, quot superavit obstacula, quibus demum quasi pervenerit. gressibus ad finem perventum sit. Quare, ut a breviori compendio ordiar, tot impedimentorum seu obstaculorum genera esse possunt, quot in dogmate inveniuntur elementa. Haec autem elementa vel ad dogma pertinent quatenus dogma est, vel ad hoc aliquod dogma quatenus prae particulare est. Ita ad decretum c. Nicaeni c. Nicaeno adversantur non solum qui Filio Filium Patri consubstantialem non agnoscant sed etiam qui vel divinam revelationem vel ecclesiae magisterium vel veritatem propositionalem nolint

exigitur methodus ac in parte positiva.

certissima est fides; iam ab Ecclesia definita sunt fidei obiecta; iam ex fontibus derivantur derivatae sunt definitiones; quod vero iam factum est, dici nequit nisi in futuro, eoque remotiori, fieri non posse. Quam ob causam pars dogmatica propriam suam exigit methodum quae radicaliter a methodo ^opositivae partis differat. ^{neceesse est,} Suas ergo ponat quaestiones, suam distinguit ^a"specializationem" quae divisiones partis positivae transilit, ^asuo modo documenta examinat, ^suo utitur iure ut explicita et signata reddat quae nisi implicita et exercita non sunt sint, suo obiecto ^acedit ut ex particularibus narratis ad commune, definitum, cohaerens, certum procedat.

Quod si fine, obiecto, methodo distinctas esse conceditur partem dogmaticam partemque theologiae positivam, aliud statim audire mihi videor. Etsi enim distinguantur, non tamen separari oportet sed mutuo sibi opitulari ~~partem~~ has duas unius theologiae partes. Quod sane verissimum censeo. Sed priorem quaestionem considerandam esse duxi, si quidem non prius haberi potest mutua opitulatio quam duae existant partes quae mutuo sibi subveniant; neque duae existunt quamdiu ita confunduntur ut a dogmatico exigatur methodi positivae observatio et positivus reprehendatur quia dogmatice non procedat si quidem non ante i opitulatio quam excludatur mutua destructio. Quam destructionem facit confusio quae a dogmatico exigit positivae methodi observationem et positivum reprehendit quia dogmatice non procedat